Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320222

12

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS BERNARDUS BERGSMA,

e pago Odijk.

A. D. XVI DECEMBRIS A. MDCCCLI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.
MDCCCLI.

THESES.

I.

Interdictum uti possidetis propter servitutes praediorum non datur.

II.

Pignoris persecutio locum habet licet datum sit pro obligatione naturali.

III.

Ad publicianam opus est quasi traditione.

IV.

Contra Clar. M. Des Amorie van der Hoeven (Nieuwe Bijdr. voor Regtsg. en Wetg., 1851. 3. p. 461) contendo, judicem in casu art. 291 non posse inquirere in causas quae conjuges adduxerunt ad rogandam separationem tori et mensae, et propterea eam negare.

V.

Juris ex leg. 25 Jan. 1817, de jure scriptorum, restrictio ad vicennium post mortem auctoris in art. 3 spectat etiam opera ante hanc legem edita.

VI.

Jus praeferentiae in edendis versionibus in constitutionibus anni 1796, 1803, 1814 obvium, lege 25 Jan. 1817 sublatum est, licet a bibliopolis observetur.

VII.

Non audiendus est Jobard, Nouv. Econ. sociale ou Monautopole, p. 105 „La propriété intellectuelle n'est qu'une extension de la propriété mobiliaire; puisqu'une idée qui devient un livre, un opéra, un tableau, une machine n'a fait en réalité, qu'ajouter des meubles de plus aux anciens."

VIII.

Quam primum commissionarius committentem certiorem fecerit de emtione et traditione mercium, ope constituti possessorii earum dominium committenti quaesitum intelligitur.

IX.

Assentior Clar. van Hall, Diss. II. p. 62: „Con-

cedimus omnino ex plenitudine suae potestatis, ex eo quod navis praefectus est, posse magistrum jubere ea, quae contraria sunt consilii nautici sententiae, neque posse resistere nautas etiam universos."

X.

In art. 731 C. M.: "alle andere goederen", ipsa etiam navis comprehenditur neque obstat art 727.

XI.

Neerlandus in India Orientali domicilium habens hic in jus vocari nequit.

XII.

Recte legislatores Belgici nuper poenae capitalis irrogationem intra muros rejecerunt, etsi in Borussia lege 15 April. 1851 receptam.

XIII.

Talio non videtur justa norma puniendi.

XIV.

Recte in eo reprehenditur Bauer, quod finem legis poenalis in poenae comminatione ab ejus applicatione secernere conatus sit.

XV.

Regimen carceris Auburnicum quod dicitur lege

poenali Batava anni 1830 receptum novissima lege anni 1847 rejectum esse gaudemus.

XVI.

Art 22 C. de m. p. in c. crim. non derogat art. 357 C. Poen.

XVII.

Ex majori vel minore numero eorum, qui jure suffragii in eligendis populi delegatis utuntur nihil de praestantia electionis directae quae dicitur conjici potest.

XVIII.

Civitatem pacto sociali niti nego.

XIX.

Non cum bona quaestionum criminalium ratione cohaerere puto, accusatorem publicum, qui *auditeur militair* dicitur, graphiarii munere fungi, imo et defensoris partes sustinere.

XX.

Verbis Say, dicentis, Cours complet d'Econ. polit. I. chap. VI. „les services rendus par un médecin, un „avorat sont un produit immatériel qui a son prix, „et qui devient la matière d'un échange," non assentior, quum ita hujus generis praestationes manu fa-

bricatis assimilantur, dum illae prouti nascuntur, consumuntur et nunquam sorti annumerari et divitias augere possunt.

XXI.

Minus probanda videtur lex nostra de privilegiis (25 Jan. 1817 art. 8a), vetans incolam hujus regionis privilegio quodam munitum ejusdem rei inventae privilegium apud exteros impetrare.

XXII.

Assentior consult. de Pinto, statuenti (Weekblad v. 't Regt, n°. 691), in lege de privil. (25 Jan. 1817 art. 6a), vocem *en* disjunctive esse sumendam, itaque et fabricationem solam esse puniendam.

XXIII.

Quod tributa ad parcimoniam incitant non videtur validum esse argumentum ut augeantur.

XXIV.

Ne fides publica circumveniatur callidis machinationibus quibus societates sine nomine ansam praebere possunt, custodia committatur consilio juratorum prudentium in casu art. C. M. 36 al. 2a.

XXV.

Omnes quaestiones politicae majoris momenti quae

nostro tempore societatem agitant aliqua parte quidem sunt oeconomicae.

XXVI.

Ad omnes fere theorias socialisticas seu communisticas referri possunt verba Bastiat, Maudit argent, „Les réorganisateurs sociaux feraient merveille, s'ils „parvenaient à vaincre toute résistance et si l'humanité tout entière consentait à devenir entre leurs doigts cire molle; mais elle s'entête à n'être pas cire molle. Elle écoute, applaudit ou dédaigne, et ..... va comme devant.

XXVII.

Optime Burke, Letter to the Sheriff of Bristol, 1777: „to follow, not to force the public inclination, to give a direction, a form, a technical dress and a specific sanction to the general sense of the community is the true end of legislation."